



**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris  
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,  
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,  
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,  
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &  
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:  
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia  
illustrata: facundissimis ...

**Beda <Heiliger>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1688**

De astrolabio, libellus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72031](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72031)

HOROLOGIUM, QUOD CONTRA  
UNUMQUEMQUE MENSEM HABET  
AD UMBRAM HUMANI CORPORIS  
PEDE SINGULARUM HORARUM DIEI.



CONCORDIA XII. MENSIIUM.

*Ianuaris & postea December.*

Hora prima & undecima, pedes vigintinovem : hora  
secunda & decima, pedes novemdecim.

Hora tertia & nona, pedes septemdecim : hora quarta &  
octava, pedes quindecim.

Hora quinta & septima, pedes tredecim : hora sexta, pe-  
des undecim.

*Februarius & November.*

Hora prima & undecima, pedes vigintiseptem : hora  
secunda & decima, pedes septemdecim.

Hora secunda & nona, pedes quindecim : hora quarta &  
octava, pedes tredecim.

Hora quinta & septima, pedes undecim : hora sexta pedes  
novem.

*Martius & October.*

Hora prima & undecima, pedes viginti quinque : hora  
secunda & decima, pedes quindecim.

Hora tertia & nona, pedes tredecim : hora quarta & octa-  
va, pedes undecim.

Hora quinta & septima, pedes novem : hora sexta, pedes  
septem.

*Aprilis & September.*

Hora prima & undecima, pedes vigintitres : hora secunda  
& decima, pedes tredecim.

Hora tertia & nona, pedes undecim : hora quarta & octa-  
va, pedes novem.

Hora quinta & septima, pedes septem : hora sexta, pedes  
quinque.

*Majus & Augustus.*

Hora prima & undecima, pedes viginti & unum : hora  
secunda & decima, pedes undecim.

Hora tertia & nona, pedes novem : hora quarta & octava,  
pedes septem.

Hora quinta & septima, pedes quinque : hora sexta, pedes  
tres.


*Iunius & Iulius.*

Hora prima & undecima, pedes novemdecim : hora se-  
cunda & decima, pedes novem.

Hora tertia & nona, pedes septem : hora quarta & octava,  
pedes quinque.

Hora quinta & septima, pedes tres : hora sexta, pedem  
unum.

DE SIGNIS ET HORIS  
XII. MENSIIUM.



*De tribus diebus perculosis.*

Sunt 3. dies in anno, qui per omnia observandi sunt 8.  
idus April. ille dies lunis, intrante Augusti. ille dies lunis,  
exeunte Decemb. ille dies lunis observandus est, in qui-  
bus omnes venæ in homine & in pecude plenæ sunt. Qui  
in his hominem aut pecus percussit, aut statim, aut 3. die  
moriatur, aut 7. die periclitabitur. Et si potionem acce-  
perit, intra 15. dies morietur. Et si masculus aut femina  
in his diebus nascuntur, mala morte morientur. Et si de  
aUCA in his diebus aliquis manducaverit, intra 15. vel 40.  
dies morietur.

*De Aegyptiacis diebus.*

Si tenebrae Aegyptus Graeco sermone vocantur,  
Inde dies mortis tenebrosos iure vocamus.  
Bis deni, binique, dies scribuntur in anno,  
In quibus una solet mortibus hora timeri:  
Mensis quique, duos captivos possidet horum,  
Nec simul hos junctos homines ne peste trucident.  
Iam prima dies, & septima sine timeretur.  
At Febrius quarta est, precedit tertia sinem.  
Martis prima necat, cuius sic cuspide quarta est.  
Aprilis decima est, undecimo & sine timeretur.  
Tertius est Majo, lupus est, & septimus anguis.  
Iunius in decimo, quinquenon a sine salutar.  
Tredecimus Iulii decimo innuit ante kalendas.  
Augusti nequa prima fugat de sine secundam.  
Tertiam Septembris vulpis ferit è pede denam.  
Tertius Octobris, gladius decem in ordine necat.  
Quinta Novembris acis vix tertia mansit in urna.  
Dat duodena cohors septem, decemque Decembris.  
Hic caveas, ne quid proprio de sanguine demas.  
Nullum opus incipias, nisi forte ad gaudia tendas,  
Et caput & sinem mensis in corde teneto,  
Ne medio ima ruas, sed clara per aethera vivas.

BEDÆ PRESBYTERI  
LIBELLVS DE  
ASTROLABIO.

IN compositione Astrolabii tres primum circuli scri-  
buntur. Primus & major Capricorni, secundus Libræ  
& carnarum, tertius Cancris. Quorum medium primitus  
invenere sapientes, & per 4. partes dividebant, du-  
centes lineas quas nominabant alcorum, de a usque c,  
& de b usque d singulis partibus 90. donantes, & totum

circulum

circulum in 360 dividebant. Postea de c b, id est 90. partibus 24. abstrahant, quod est e, & de ipso termino, id est o, æquanimiter lineam ducebant usque d, quæ transiens, truncat alcotum ex parte, ubi est i. Quo facto, ponebant circinum in h i, & sic circumducentes, circulum inferiorem, id est, i k l m exarabant. Deinde ex parte c d, similiter 24. abstrahant, quod est f, & de ipso termino i f ducebant lineam æqualem usque d e, extendentes alcotum de c usque g, & ibi alcotum & lineam conjungebant. Pōst circinum ponentes in h g, circinum g n o p posteriorem construebant. Circulum casarum, id est, o d i b construebant, dividendes alcotum l o per medium, ubi est k, & ponentes circuitū medietatis puncto, & in o & in l circumducebant. His constructis aggrediebantur primum construere almucantararum. Accipiebant circulum a b c d, qui divisus est in 360. gradus, & ex parte b a abstrahant latitudinem ipsius climatis cuius Astrolabium quærebant construere, ut de clima 6. in qua est supina Roma, Germania, abstrahant 42. cuius terminus est g, & de g ducebant lineam per h usque i, d c hinc ducebant lineam de c per l. Et almerez h d, & ipsam lineam c i extendebant foris circulos simul, quousque amba se rectissime iungebant, ubi stat k. Fecerunt etiam aliam rectam de c usque g, quæ transiens dividat ipsum almerez ubi est l. Postea lineam l k, quæ est almerez, dividerunt per medium, & est medietas d, & ponebat aldebit, id est, circinum in d l, & sic circumducebant. Et ecce primum almucantararum d n per c l a usque ceteros almucantararum per singulas divisiones 360. partium construe, circumducens regulam, incipiens ab altitudine ipsius terre, quali de c d e f, facente regula immobili in puncto z, quotusque pervenias ad punctum de foris astrolabus, ubi se conjungunt lineæ: utputa, pone regulam in c in circulo de foris aut intus, & extende usque z, & tibi tangit regula lineam mediam, ibi fac signum. Postea pone regulam in d, ut non se moveat in z: & iterum fac signum in mediana linea. Et deinceps, & per ipsa signa lineæ careant aldebit, & construe almucantararum. Si quæris totum astrolabium construere, intermitte de 360. partibus, si vis, quartariam, quatuor gradus: si quinariam, quinque. Similiter facias ex altera parte Astrolabii. Si quæris & in intimo almucantararum, si est ortum Astrolabium, unus in medio circulo remanet vinculus. Si quartaria, quatuor: si quinque, quinque puncti.


*Ad circulos in Astrolabio inveniendos.*

Figura inveniendorum circulorum, mediis qui æquinoctialis dicitur, ex arbitrio artificis componatur. Hunc eundem duabus lineis ex transverso ductis per centrum, in 4. partes æqualiter divide: & has partes quaternis signata literis a b c d, & lineam quæ de a & c transit ultra circulum, longè utrobique portigè. His ita dispositis, unam quartam, id est, a d, in 90. partes divide: quo facto, in 24. parte versuto a, i literam pone, immotoque uno pede circini vertit in aliam partem a, & ubi circulum tangat, e literam insige. Postea duc lineam de d in l, & vide diligenter ubi diametrum idem quæ de a, vadit ad c tangat, ibique signum pone, postoque pede uno circini in centro quod est f, alio ubi linea lineam tangit, circumvolve, & habebis circulum minorem. Rursus duc lineam de d, per e, donec diametrum tangat, & ibi punctum imprime, & ut prius pone unum circini pedem in centro supra dicto, alium ubi linea lineam tangit, circumvolvens habebis circulum majorem.

*De dispositione climatum.*

Nostrum volens disponere clima c b, in 90. divide, & in 49. gradu pone literam e, & ex alia parte quod est a b, tantundem spatii tolle, ibique h mitte: deinde quod est inter h & e, in 18. parte. Ita hoc divisio diligenter observa, ut unum caput regulæ a, semper subjacet: alitudo nota in notulam, quas medio circulo inscripsimus, move: & ubicunque meridianam tangat lineam, punctum pone, usque dum ultima linea de a incipiens, per medium h transiens, supradictam meridianam lineam longè extra maximum circulum tangat. Quæ dum sub oculis habeas, spatium quæ quod in extremos est punctos per medium divide, fixoque

uno pede circini in medio, alium infra circulos dum circumvolvus, primum almucantararum te invenisse lataberis. Aliud invenire dum quæris, idem fac de punctis qui altrimsecus positi sunt sub extremis. Quod si cautè de punctis omnibus feceris, omnia tibi almucantararum succedere videbis. Post hæc spatium maximi & minimi circuli, quod primum almucantararum superjacet, in 12. ordines divide, extensoque circino ad primi almucantararum mensuram, ejus unum pedem alicubi pone, & eundem de loco ad locum tandiu move, usque dum alter pes primos punctos de 12. maximi minimique circuli tangat. Quod dum fit de puncto ad punctum circinum volvens, primam horam invenies. Eadem circini mensura servata, de puncto ad punctum lineam trahens, duodenas reperies.



*De reticuli mensura.*

Restat de reticuli mensura dicere, quod scriptis exequi hinc est difficile, ipsum zodiacum sic invenies. Ad superiorem respiciens figuram, meridianam lineam de n in o, per medium divide. Hacque medietate unum circini pedem pone: alium, dum circumducis, signiferi lineam habebis: hunc eundem signiferum in 12. partes divide, non per seipsum, sed per exteriorem umbonem: quartum partium quandoque secundum quinq; partita intervalia, quæ areæ tabulæ sculptæ vides partire.